Instructio

RR. Dnis Henrico Hindenbergk et Joanni Preuck Canonicis
Varmien. Nuncijs Capitularibus ad aulam Regiae Mttis profici:
scen. post translonem Illmi et Rmi D. Petri Tylicki Epi Var:
mien. et R. P. Vice Cancellarij ad Cathedram Vladislavien. data
Die sexta Maij Ao Dni 1604.

Cum ad Aulam venerint, inprimis Illmum et Rmm D. Vice Cancellarium
adibunt, illiqz obsequia nra humillime deferent, Ecclae huic nrae pro:
pter translonem eius condolebunt, illi fausta oia gratulabuntr, et cau:
sam adventus et legonis exponent, iuxta tenorem literarum binarum, ad ipsum antea
noie V. Capli scriptarum: quarum priores 21 Januarij ad illum datae, incipiunt;
Si tempus ress. Posteriores 27 Martij scriptae, incipiunt, Post lectas, ey.

2o Post expositas legonis causas, ut ipsis aditum ad Mtem Regiam
Illma eius D. autoritate sua patefacere, et pro excellenti prudentia sua,
salutaribus consilijs in oibus eos instruere, atqz pro amplitudine muneris
ac dignitatis suae praesidio et autoritate sua nos et Ecclam hanc, eiusqz iura
immunitates, et privilegia defendere, et R. Mtti commendare dignetr, obnixe roga
bunt.

3o Consilium ab Illma D. sua petent, quomodo electionis negocium hoc extra
ordinarium sedis per translonem vacan. Mtti Regiae proponen, et quid hac
de re cum Illmo D. Nuncio Aplico tractandum sit: eiusqz consilijs obtemperabunt.

4o Postqz illis certo constiterit, allatam esse ex Urbe expedicionem, seu lras
translonis Illmae D. suae ad Ecclam Vladislavien. diem Electioni novi Prae:
sulis — — mensis — — assignatam Illmae D. suae dicent, et ad eam
Confres in aula constitutos, Vizt. RR. D.D. Adamum Steinlath, et Fa:
bianum Coss Canicos Varmien. invitabunt

5o Impetrata per Illmum D. Vice Cancellarium audientia, adibunt Mttem
Regiam D. nrum clementiss. et ea qua decet reverentia et submissione

Mtti suae nram debitam fidem, observantiam, obedientiam, et devotissi-
morum simul sacellanorum assiduas orones et preces ad Deum pro Mttis
ipsius prosperrima Valetudine, diuturnoq, imperio, ac faelici tranquilloq,
et stabili utriusq, incliti Regni, oiumq, subiectar ditionum statu, prolixe
defferent.

6° Postea negocij ipsius tractatioe aggredienti, et causam adventus sui expo-
situri, accomodabunt se ad tenorem lrarum Mtti eius scriptar die 27 Martij
praeteriti, quar initium, Etsi plurima sunt, etc.

1° Exordio praemisso quandoquidem pro comperto habeant, Illmum D.
Epum Petrum Tilicki, a S. Sede Aplica ad Eccam Vladislavien translatu,
a Vinculo quo Ecca Varmien alligatus erat iam absolutum esse, nihilq,
aliud restare videant, quam ut iuxta pacta, cum antecessoribus Mttis suae inita,
quod etiam ipsamet R. Mttas, in ipsa ultima sedis post obitum Illmi quondam D.
Cardlis Batori Varmien Epi vacan provisione, et Illmi D. Petri Tylicki ad
Eccam nram assumptione, praxi et re ipsa confirmavit, ad electiom novi Prae-
sulis procedatur. dicent S. R. M. incognitum non esse Eccam Varmien, a primis
tpribus institutionis ac fundonis suae hoc iuris habuisse, ut Capitulum sibi Epum
qui inde mortui alterius locum, seu quocunq, alio casu sede vacante, pro suo iu-
dicio et conscientia quemcunq, Epatui praeficien esse censeret, libere nullo
impediente, contradicente aut repugnan eligere potuerit. Ac usam fuisse quidem
Eccam eo iure electionis supra annos 200, in illud usq, tempus, quando
Divo Casimiro regnante, et Rmo D. Nicolao Epo Varmien Eccam gu-
bernante, ab ea electionis libertate et iure, Ecca certis pactionibus
utriusq, oium Ordinum assensu et approbone, ad eligendam in posterum Regibus
Poloniae gratam psonam in Epum Varmien se demisit et coarctavit.
At vero cum ea vocabula (grata persona) non multo post regnante
D. Sigismundo primo, post obitum Rmi D. Epi Lucae varie ab utrisq,
pro diversis animorum affectibus et studijs intellecta, novae iterum di-
sputationi occasionem praebuissent, eaq, res et contentio de vero sensu et inter-
pretatione dictor vocabulor, et gratae personae designone, in sequenti con-
silio amplissimi Senatus incliti Regni agitata fuisset, ad extremum
consentien, et approbantibus tam S. M. Regia, cunctisq, Regni Consilia-

21v

ryis quam Eccia Varmien. Nuntijs. priora pacta, tempore Fabiani a Lussien. Epi ad eum modum fuisse renouata. omnemq, vel interpretan. vel detorquendi causam inposterum reiectam atq, praecisam, ut quotiescunq, post ea pacta oium vnanimi consensu et voluntate inita et firmata Ecclam Varmien. vacare quocunq, modo contingeret, tunc eius Eccae Capitlm teneri mortem defuncti Epi, et diem electioni noui Praesulis praefixitum tempestiue Mati Regiae per Nuncios suos, si intra fines Regni vel non ultra Vilnam ageret. scire, Sin autem extra fines Regni, vel ultra Vilnam Mtas Regia progressa quoquam et profecta esset, tunc per litras tantum RR. DD. vel Archiepo Gnesnen. vel Wladislauien., aut Ploczen. Epo idipsum nunciare, simulq, noia, aetatem, mores, genus, et condiciones singulor. Canonicorum diligenter pscribere debere. Ex quo quidem Canonicorum numero Mtas Regia quatuor veros Terrarum Prussiae indigenas et non alios, ad summum infra octo dierum spatium nominandi potestatem et arbitrium haberet, et ex his quatuor Capitlm vnum qui prae caeteris maxime eo loco et dignitate dignior esset in Epum eligere S. R. M. intimare, simulq, ut eum S. D. N. Pontifici Maximo commendare dignetur supplicare teneretur. Horum autem pactorum non solum S. Sedis Aplicae per Rmum Joannem a Lassko Archiepiscopum Gnesnen. ad Concilium Lateranen. tunc profectum confirmationem obtentam. Verum etiam a Diuis Polon. Regibus inuiolabiliter oia obseruata, et sic ex praescripto eorum pactorum nemine contradicente, electos fuisse RR. Dnos Epos Varmien. Mauritium Ferber, Joannem Dantiscum, et Tidemannum Gise. Quod si aliquis diceret aliquoties iam de praedictis pactis iure utriusq, partis consensu decessum esse, et propterea factum dicent, quod Sigismundus Augustus et Stephanus D. Polon. Reges illis tribus promiserint, id inposterum huic Eccae praeiudicium aliquod generare non debere, et cautionem Stephani Regis si necessum fuerit Mti suae exhibebunt

8 Sed nec ulla magis efficacior cautio exhiberi pt, quam ipsa praxis, quam S. R. M. annis superioribus praestitit, qndo Sede p decessum Illmi D. Caroli Batorei vacante, Regia Mtas prout ius et dignitas postulabat, inolibus punctis et clausulis praedicta pacta et consulta

Divorum Polo. Regum antecessorum suor. in assumptione ad Epatum Varmien. Illmi D. Petri Tilichi R. P. Vice Cancellarij autoritate sua Regia confirmauit, et Eccae iura integra cum maxima sui nois gla conseruauit.

9 Hoc ipsum ut et nunc etiam fiat, si a V. Capto ad S. R. M. suam Nuntios destinatos et cum noibus Canonicorum iux contenta pactor. missos dicent, noia Canonicorum descripta suae Mtti ea qua decet reuerentia dabunt, simulq. ei cum submissione rogabunt, ut Mttas sua Illmo D. Epo Tilichi Cathedram Vladislavien. translato, in hac orbitate Eccam suam, nos nraq. iura, Priuilegia, possones, et immunitates exemplo praedecessor. suorum Divor. Polo. Regum in protectionem, patrocinium et clientelam suam clementer recipere, gra et benignitate Regia uti fidelissimos subditos, et deuotos sacellanos complecti ac fouere velit. Praecipue vero rogabunt, ut Mttas sua pro innata ipsius oibusq. gentibus cognita clementia suam Eccam benignis oculis, et clementi vultu respicere, eamq. in suo iure Electionis iux contenta pactor. conseruare, et quatuor ex Canonicis, veros Terrar. Prussiae indigenas nominare dignetur.

10 Orabunt quoq. Mtti suae Venbile Captm diem electionis noui Praesulis Mensis ——— praefixisse: quod ut felicr cum bono suius Eccae et quiete peragi possit, nos diuinum auxilium votis ardentibus inuocaturos, et D. Deum pro pro ipsius Regiae Mttis incolumitate, et Regni felicissimo statu assidue exoraturos.

11 Deinde Rndi D. Nuncij Illmum et Rmum D. Claudium Rangonium Epum Reginen. Nuncium Aplicum accedent, iux consilium Rmi D. Vice Cancellarij et iux tenorem trarum Venbilis Capti ad illum 27 Martij scriptarum ei offa et obsequia nra, ea qua decet reuerentia deferent, oromq. nras pro Illma D. sua incolumitate, et felici oium rerum successu commendabunt, eiq. gras quam maximas agent, quod inter tot alias curas suius quoq. Eccae paternam sollicitudinem apud S. D. N. et apud S. R. M. prout pluribus exemplis expertissimq.

22v

gere non intermittit, Causam legationis exponent, Pacta super
electione novi Praesulis si necessarium esse iudicaverint, eidem
exhibebunt. Eccam Sanc. eiusq. iura immunitates et privilegia
praesertim ad Electionem spectantia Illmae D. suae grae et patro-
cinio omni cum diligentia commendabunt, omniq. observantia
petent. ut Illma D. sua, pro ipsius singulari erga Sanc. in
hac rerum mutatione turbatam Eccam, benevolentia, apud
Regiam Mtem ubi opus fuerit instare et efficere dignetur, ne
in aliquo eius pactis iuribus et privilegijs sup electione libe-
ra Eporum quicquam derogetur. Ad quem etiam in omnibus
difficultatibus quas obijci animadverterint confugient, eiusq.
patrocinium implorabunt

12 Qm de futuris contingentibus nihil a V. Capitulo decerni potest.
Tamen eiusq. cum ad rem praesentem ventum fuerit, a pijs et Eccae
amantibus Confratribus de talibus iudicatur, ubi tractatibus
cum Reg. Mti, et Illmo D. ProCancellario principium datum
fuerit, et ad iura et privilegia Eccae conservan. Regia
Mtis animum inclinare Rndi D. Nuncij perspexerint, post prae-
sentata Reg. Mti Canonicorum noia, committit iudicio eorundem
D. Nunciorum, ut ipsi diligenti supputatione temporum adhibita,
diem electioni novi Praesulis, quae in Instructione poni non
potuit, assignent eamq. Reg. Mti intiment, hoc inprimis
considerato, ut tantum temporis assignent, quantum ad actum
hunc celebrem, et cumprimis arduum, confratribus intra Regni fines
existen. veniendi sufficerit; et ne fatalia trium Mensium a
Sacris Canonibus electioni Eporum praefinita elabantur,
quod ipsum Eccae nrae libertati maximum praeiudicium afferre
possit: qua tamen de re cum Illmo D. Nuncio Aplico et Illmo
D. ViceCancellario conferre poterunt

13 Etsi nobis omnia summa de aequitate S.R.M. Dni nri clemen-
pollicemur, quod in hoc negocio nihil actura sit, nisi quod ratio

ipsa et ius Ecclae hactenus conseruatum dictat, quodque nos in possessione
pactorum conuentorum Mtas eius conseruaturum sit; si quid tamen
(quod absit nec speramus) Rdi D. Nuncij animaduerterint, habita
iam certa et indubitata de acceptatione, et per Breue Aplicum
ut in Curia Romana moris est, antequam expeditio totalis veniat possessione.
per Illmum D. Pro Cancellarium Epatus Vladislauien. notitia
moras aliquas necti, et quod nonnulli augurantur, ad Regni co-
mitia rem reijci; adibunt Illmum D. Nuncium Aplicum, eumque
nomine V. Capli verbis quam maxime ad persuadendum adhibitis
obnixe orabunt, curare vellit apud Regiam Mtem, ut Ecclam
hanc quae Sedi Aplicae a temporibus antiquissimis immediate subie-
cta est, in Iuribus suis saluam persistere iubeat, nec nominatio-
nem quatuor e gremio Capli Canonicorum terrae Prussiae verorum
indigenarum in tempus aliquod longius, quam quod in pactis
praescriptum est, differat: cum praesertim ambiguis hisce et pericu-
losis temporibus, Ecclam Varmien. capite destitui periculosum sit.

14. Si Illmus D. Nuncius responsum aliquod a Regia Mte retu-
lerit, quod inuolucris aliquibus, et causis non causis scateat, quodque
suspicione non careat, rem ex composito trahi, dabunt operam D. Nuntij
ut per Illmum D. Vicecancellarium, quem omnibus officijs sibi deuinctum
reddere curabunt, audientia apud Regiam Mtem obtenta, Mti eius
quanta poterunt submissione, et verborum lenitate, infortunium hoc Ecclae
exponant, quae pastore tanto tempore viduata existit; quamuis enim
Illmum D. Vicecancellarium Epum habuerimus, in cuius vigilantia
pastorali, et erga nos omni animo propenso valde conquiescebamus, propter
tamen eius a Dioecesi absentiam, non potuimus optata pastoris praesentia
gaudere, Quamobrem supplicabunt humiliter Mtem eius, vellit Ecclae
huius misereri, et pactis cum antecessoribus conuentis, ac ab ipsa Re-
gia Mte in usum deductis stare, et Candidatos nominatos vel ipsis tra-
dere, vel per suos ad Ecclam dirigere intra tempus praefinitum, eos
aliud facere non posse, si quod absit nouitas aliqua induceretur, nisi cora

Deo qui cordium scrutator, et M^tti ipsius quae ab illo propter administrationem iustitiae, et Vnicuiq; ius suum tribuendi potestatem accepit, summa necessitate adstrictos protestari, Capitulum fecisse et facere omnia quae secundum praescriptum statutorum iuratorum et immunitatum Ecclesiae conseruandorum facere conuenit, osculataq; Regiae M^tis manu, ac humillima orationum et obsequiorum suorum commendatione Veniam abeundi, et ad Confratres ea quae acta sunt referendi facultatem sibi concedi postulabunt. Si autem nominatio Candidatorum a M^tte Regia tempore ex pactis praefixo subsequuta non fuerit, adibunt Illmum D. Nuncium Aplicum Nuncij capitulares, eiq; indicabunt rei successum: et omni modestia adhibita, coram Illma D. sua protestationem interponent, Vrbibus Capitulum non intendere, ut per hanc moram nominationis Candidatorum apud Regiam M^ttem factae, aliquod praeiudicium ipsi Capitulo inferatur, quoad Electionem tribus Mensibus a Canonibus definitam: quandoquidem per Capitulum non stet quominus ad Electionem non procedatur, Regia M^tte nominationem suam ex causis fortasse M^ti bene visis, nobis autem incognitis differente.

15 Cum Illmo D. Vice Cancellario eadem omnia communicabunt, quae cum Reg. M^tte eius egerunt, et humiliter ab Illma D. sua petent, ut M^tis eius consilia eo dirigat, quandoquidem libertatum Reip. et tanto magis Ecclasticarum immunitatum custos est, ut nobis Priuilegia integra conseruentur, eidemq; supplicabunt, ut qua fide in adeunda Epatus Varmien possessione actum per nos est, ut quae ad illum pertinebant integra illi consignarentur, ita et ipsa Illma D. sua in Epatus Inuentarijs tradendis prout certo confidimus dignitatem hanc adhibeat, qua successor quod suum erit consequi merito possit

16 Si autem translatio ad Cathedram Vladislauien effectum sortiatur, Versari D. Nuncios in Aula contigerit, de finibus reguandis cum Illmo D. Vice Cancellario agent; et quandoquidem Ducatus

Consiliarij propensos se esse declarant, ut negocium hoc tandem deter=
minetur, nominabunt Illmae D. suae Commissarios seu Compromissarios
ex parte Capli, Gnosos Dnos. D. Schortz Succamerarium Mariaeburg.
D. Samuelem Laski Secretarium R. Mttis, et D. Kalinski Iudicem
Terrestrem Mariaeburgen, et sententiam suae Illmae Dn. exquirant,
tum quod Illmae D. suae videbitur diligenter observabunt, ut lrae
ad easdem personas tam ex parte Illmi Dni, quam ex parte Capli ma:
turius expediantur, ut sciri possit, an onus hoc sint accepturi, an non

17 De Kentilaribus etiam conferent, quorum abrogationem vehementer
Ducalis et Elbingen urgent, quantum conijcere possumus cum eorum
commodo et Eccae damno

18 De haereditate Batoriana rogabunt Illmum ut iuvare vellit consilio et
auxilio, ut tandem negocium hoc expediatur, et pro beneficio animae
D. Cardlis inquantum fieri potest Creditoribus ex relicta supellectili
quae situ corrumpitur satisfiat, De hoc ipso itidem negocio cum
Illmo D. Nuncio Aplico conferent, ac consilium et auxilium
eius implorabunt

19 De negocio Villae Neukierchen itidem cum Illmo Dno tractabunt,
et sententiam eius de citationibus posterioribus, quae disiunctim Tolchmi
tam et Villam Neukierch concernunt praesentandis D. Castellano
Elbingen. exquirent, dicantque Tolchmitum exequorem, Villam autem
Neukierch nullo iure Caplo ademptam, itaque non intendere Caplm
actionem de Tolchmito recuperando, sed de Villa tantum Neukierch
intentare, ac videri satis in citatione priori Magco D. Castellano El:
bingen iam oblata ubi coniunctim Tolkmiten etiam causa comprehendi:
tur, a qua Caplo recedere liberum relinquitur. Neukierchen tantum
causam prosequendam esse. De difficultatibus si quae oborientur, et re:
solutionem Capli requirent videbunt, et si subsistere necessarium in
aula iudicaverint, Cursorem ad nos expedient, Caetera oia prudentiae
et iudo R. D. D. Nunciorum V. Caplm committit, ut quae cum bono Eccae
coniuncta viderint, ea faciant et promoveant in aula R. Mttis, memores
illius Proverbij. Prudentem mittas et nihil dicas.

24v